UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

LXV. Die Stadt Bahn stellt dem Johanniter-Orden eine Versicherung aus, am 5. Januar 1345.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55861

Visual Library

LXIV. Markgraf Ludwigs Schutzbrief für die Juden des Landes über Oder, vom 9. September 1344.

Wir Ludewig etc. bokennen vnd botughen, dath wy de wyſzen, beſcheyden lude, alle juden over Oder, vnſe leven kamerknechte, hebben genomen in vnſzen frede vnd beſcherminge vnd hebben en gnad ghedan vnd don en ſunderlike gelthinheit in diſſem kegenwordighen briff, alſz na geſchreuen ſteyt. Sze moghen fleyſz vnd ander ſpize mogeliken kopen to erer nothorft, wen ſze willen, de em boquem zin. Welke ſpize, fleyſz en nicht bequeme ſzie, dat gekofft hebben vnd nicht eten moghen, de moghen ſze wedder vorkopen ane vede vn ſchult. Ock ſchal keyn ſchulte (vppe den dorpern over ſe richten), ane wo ſchinbar dath were; he mach ſze wol vnd ſcal ze bringhen vor den richter der ſtadt, da ſe innen geſeten ſzin. Wer et, dat de nicht richten wolde, ſo ſcolen ſe mit den, die gebraken hebben, komen vor vns edder vor vnſere vagete. Wen ſze ock ede don ſcholen, de ſchal gan met en vor ere ſchole edder vor ere huſer, dar ſcholen ſze ere buck bringen vnd nicht forder vnd ſcholen en dar recht don vnd ſcolen ere buck nicht forder draghen. Ock welk pant ſze by ſunnen ſchyne nemen, dar ſchal ze nemant vmme anſpreken, de ſcal me loſzen. Wolde man en das nicht louen, dat ſze bynnen ſchin edder by dag hadde genamen, dat ſcolen ſze boholden met eren rechte. Welk pant ze nemen by nachte met witſchap erer neyber, bauen vnd nedden, de ſchal me lozen an anſpracke. Ock magh ſe keyn man boſchulden vmme liticht, wenn mit getuchniſſe II chriſtenne bedder lude vnd II juden. Mach men des nicht gedon, zo mogen ze dorvan kamen meth erem rechte. Ock ſchal ze keyn pape laden edder beſchuldigen vmme werltlike (ſake), ane vor dem richter der ſtad, dar ze inne wanen edder vor vns edder vnſere vogede. Sze mogen ock nemen vor ere ſchulde perde, gewant edder korn vnd mogen dath vorkopen, wen ſze willen, vnd ſcholen vns dar vor keyn ſchot geuen effte plege. Wolde ze jemant darvm boſchuldigen vn nicht gelouen, dat en die perde, gewant edder korn vor ere ſchulde angekamen wer, dat moghen ſe boholden, dat ſchal me en gelouen. In cujus etc. Teſtes Wolffſtein, Bortuelth, de Oſt, milites, Haſſo ſenior. Datum Soldin, Anno domini MCCCXLIV°., feria V$^{a.}$ poſt nativitatem glorioſe virginis Marie.

Aus Dickmann's Urkundenſammlung des Königlichen geheimen Staatsarchives fol. 276 und 235. Zu vergleichen die Beſtätigung des Markgrafen Otto vom Jahre 1364.

LXV. Die Stadt Bahn ſtellt dem Johanniter-Orden eine Verſicherung aus, am 5. Januar 1345.

Nos Petrus Henrici, Gotſcalcus Roman, Jacobus Schlabin, Henningus Helmſtede, Gerardus Schonenflet, Heinricus Gornau, Nicolaus Node, arnoldus de Heide, Wemandus Mölner, Nicolaus Plate, Conſules oppidi Bane, Camminenſis diocesis, publice in his ſcriptis profitemur et proteſtamur, cupientes ad perpetuam rei geſte notitiam et

memoriam, omnibus preſentibus et futuris eſſe notum, Quod nos et maiores Arnoldus de Heide, Nicolaus de hude, Henningus de Hermenou, Wennerius Sutor, Johannes Niuenſis Heinricus ut de thelle, magiſtri operum Et Henricus Hacke et Jacobus Fleiſchower et omnes ac Singuli de univerſitate predicti oppidi de expreſſo Conſenſu voluntate et iuſſu magnifici Principis domini Barnim, Schlavorum, Caſſuborum, Pomeranorum Ducis, Religioſis uiris fratri Hermanno de Werberg, Preceptori generali per Saxoniam, Marchiam et Schlaviam fratri Joanni de Niendorp in Zuchan et fratri Bernardo de Olze in Roreke, Commendantoribus ordinis ſacre domus hoſpitalis S. Johannis Jeroſolomitani, vice et nomine magiſtri et fratrum ordinis eiusdem interuenientibus perſonaliter et recipientibus fecimus et proteſtavimus ſub debita forma fidelitatis Homagium ſolitum et conſuetum a nobis et anteceſſoribus noſtris preſtari preceptoribus qui pro tempore fuerunt et fratribus ordinis ante dicti et iuravimus in animas noſtras et ſucceſſorum noſtrorum in hunc modum videlicet: Quod ſi dictus dominus Barnim et quam plurimi ipſe vel veri ſui heredes, ſi quos reliquerit de corpore ſuo, in dicta linea deſcendentes deceſſerit vel deceſſerint ſine herede in eadem linea computando omnibus alijs excluſis heredibus aut ſi ijdem heres vel heredes quoties et quandocumque de novo ſuccedens aut ſuccedentes has et facta Domini Barnim predicti debite requiſitus aut requiſiti nomine magiſtri fratrum ordinis prenarrati, Poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit vel pervenerint, infra annum a tempore dicte requiſitionis continue numerandum innovaverit vel innouaverint ſeu dictum homagium per nos preſtari ſolitum et conſuetum, innovari non fecerit ſeu non fecerint ſuis literis confirmando, quod in antea quotiens alter iſtorum deceſſerit, Nos cum ipſo oppido et cum omnibus ſuis pertinentijs debebimus redire pleno iure ad Magiſtrum et fratres ordinis memorati et in amplius eisdem fideles eſſe veris dominis noſtris, ad quos oppidum Bane predictum pertinuit et pertinet et preterea, quod ipſum oppidum cum omnibus ſuis pertinentijs fideliter tenebimus et ſervabimus ad manus et ad utilitatem ipſorum, in omnibus ſuis clauſulis oportunis. Promittentes etiam bona fide, quod predictum homagium infra et ſupra innovando preſtabimus fratribus dicti ordinis quandocumque dictus dominus Barnim vel Sui heredes deceſſerint ſine herede vel requiſiti fuerimus et iuſſi preſtare dictum homagium ut ſupra eſt premiſſum. Inſuper promittimus noſtro dicteque univerſitatis nomine, ante dictis magiſtro et fratribus ſeu preceptoribus qui pro tempore fuerint vice et nomine dicti ordinis dare et ſoluere quinquaginta marcas argenti Brandenburgenſis ſingulis annis, quolibet feſto diui Martini, Epiſcopi et Confeſſoris, expedite et indilate in reconpenſam, quorundam annuorum reddituum, quos dicti Magiſtri et fratres ex Cenſu et pachta manſorum dicti oppidi ipſis debitis ſingulis annis a nobis percipere Conſueverunt. Dantes eisdem plenam et liberam poteſtatem expignorandi redditus quinquaginta marcarum de quibus ſupra dicitur, Si quando in eadem ſolutione in toto vel in parte termino prenotato remiſſi fuerimus ſeu negligentes. Preterea Concedimus damus et tradimus dictis Magiſtro et fratribus nomine et vice ipſius ordinis medietatem molendini oppidi noſtri ſiti ante Valuam qua exitur verſus Gorcke et omnium molendinorum, Si que et quando conſtruentur in futurum intra limites oppidi noſtri predicti cum omnium ipſorum hereditate, uſu, uſufructu, utilitate et cum omnibus provenientibus ex eiſdem perpetuo ac irrevocabiliter absque quolibet impedimento habendam, tenendam et poſſidendam pacifice et quiete in recompenſam prefatorum reddituum ipſis debitorum ex cenſu et pachta manſorum noſtrorum per nos dudum retentorum dictosque preceptorem et fratres nomine et vice magiſtri et fratrum ordinis ipſius tunc ibidem perſonaliter preſentes miſimus in corporalem dicte medietatis molendini cum ſuis fructibus poſſeſſionem. Teſtes huius rei ſunt dominus Albertus, Prior eccleſie Sancti Jacobi in Stettin

et prothonotarius Curie illuſtris Principis domini Barnim, ducis Stettinenſis, Dominus Ulricus de Scheninge et dominus Henningus de Rebenis dicti, milites, et Dominus Heinricus de Stegelitz, miles, Dominus Johannes Glaſenap, Archidiaconus piricenſis, Grunwort de Birckhort, Ludike de Brederlo dicti, famuli, et quam plures alii fide digni ad premiſſa vocati Specialiter et rogati. Datum et actum Bane, Anno M°. tricenteſimo quadrageſimo quinto, in octava Epiphanie domini. In cujus rei evidentiam pleniorem preſens ſcriptum Sigillo oppidi Bane duximus roborandum.

Aus einem Diplomat. Pomeran. Miscell. I. des K. Prov.-Archives zu Stettin. Mittheilung des Freih. v. Medem.

LXVI. Markgraf Ludwig vereignet Tempelburg dem Johanniter-Orden, am 10. September 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Dedimus, donauimus et preſentibus damus et donamus honorabilibus et religioſis viris ordinis ſancti Johannis Jeroſolymitani domus hoſpitalis fratribus, meritorum ſuorum fidelium nobis exhibitorum et adhuc exhibendorum conſideratione, caſtrum et opidum Tempilburg cum ſingulis et vniuerſis ipſis, videlicet caſtro et opido, de iure ſeu ex debito pertinentibus ſuis pertinentiis in antea perpetuis temporibus quiete et pacifice poſſidendum, tenendum pariter et habendum. Adiectione tamen tali addita, quod prenotati ordinis fratres nobis et heredibus noſtris cum pretactis opido et caſtro, contra quemlibet hominem cuiuscunqe conditionis ſeu ſtatus fuerit, ſine contradictione qualibet, perpetue, quotienscunque et quocunque tempore nobis heredibusque noſtris neceſſe fuerit et ipſos habuerimus requiſitos, parere debeant et patere. In cuius etc. Teſtes Burggrauius de nürenberg, H. Comes de Swarzburg, Büch, mütner, Swyker, wolfſteiner, Huſener, Lochin, Hele, pincerna, magiſter coquine, Haſſo ſenior, g. wolf, wolkowe, Loterpeck. Datum Berlyn, anno XLV° Sabbato poſt nativitatem virginis marie.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

LXVII. Markgraf Ludwig verschreibt der Gattin Betkins von der Ost ein Leibgeding, am 22. September 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludowicus etc. Contulimus et preſentibus conferimus honeſte matrone domine margarete, ſtrenui militis Betkini de Oſt fidelis noſtri dilecti conthorali legitime XXX[a.] fruſta reddituum annuorum ſita in villa maſſyn, iacente prope Landsperg nouam